



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R.P. Francisci Arias, Societatis Iesv Theologi, De Oratione
Mentali Et Mysteriorvm Vitae D.N. Iesv Christi &
benedictae Matris eius meditatione**

Arias, Francisco

Coloniae Agrippinae, 1616

Avctoris Prooemium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48934)

R. P.

FRANCISCI
ARIAS, SOCIETATIS
IESV THEOLOGI,

DE FREQUENTI VSV ET
vilitate SS. Confessionis, &
Communionis, Liber.

PRO O E M I V M.



VIA hic liber propter
eos in lucem emittitur,
qui Deo seruire statue-
runt, & determinarunt:
ideò media illis propo-
nuntur, quibus adiuti in diuino serui-
tio non solum conseruentur, & pro-
gressum faciant; verum etiam ad ea-
dem bene exercenda inflammentur.
Quapropter cum omnium illorū præ-
cipuum atque efficacissimum sit San-
ctorum Sacramentorum vsus, id est,
frequens Confessio, & Communio:
duo à nobis opusculi huius perfectio
requirit; alterum, vt ad frequentem
dictorum Sacramentorum vsum ani-
mas

D

mas

mas exhortemur, magna & admirabilia beneficia proponendo, quæ periculum acquiruntur; secundum, ut veram & salutarem ea frequentandi rationem doceamus. Sed quia copiosum de hac re tractatum instituendo, nimium & plus quam præsens liber ferre posset, excederem; id tantum attingam, quod nobis in hac materia vtilius, & ad eos instituendos magis necessarium videbitur, qui se totos Deo tradere proposuerunt. Id verò fiet, cum breuiter oculis subiiciemus, & demonstrabimus, quàm expediens sit omnibus fidelibus crebrius Confessionis & Communionis Sacramenta accedere; deinde particulares abusus, & occultiores delictus declarabimus, quos hac in parte admittere solent, qui Deo seruire deliberarunt.

